

hoc saeculo nec in futuro salvus esse poteris,
 105 et quisquis tibi de non servanda iustitia consilium
 dederit, verus consiliarius tibi in hac parte
 nullo modo esse poterit. DE CONSILIO
 ET CONSILIARIIS, CUM QUIBUS HEC TRIA SERVARI
 DEBENT

110 Ubi primo sciendum et certissime servandum est,
 ut in omni consilio dei semper voluntas requiratur
 et omni sapientiæ et prudentiæ consilioque humano
 proferatur, quia scriptum est: *Non³⁸ est sapientia, non est
 prudentia, non est consilium contra dominum.*

f.4^r 115 Et ideo, o princeps, fixum tene, quod dico: Si aut in
 hoc aut in futuro sæculo rem publicam gubernando
 placere desideras deo, noli credere, noli^y saltem^y
 sperare, quod ulla sapientia, ulla prudentia^z,
 ullum consilium verum sit consilium, si per quodlibet inge-
 120 〈nium ...

...)

non ita esse vel aliud alter melius esse iudicare
 praesumat, audiat, quid adhuc ipsa sapientia^a de se-
 metipsa dicat: *Meum³⁹ est consilium et equitas,*
 125 *mea prudentia, mea est fortitudo; per me reges*
regnant et legum conditores iusta decernunt,
per me principes imperant et potentes decernunt
iusticiam. Quisquis ergo non tantum contra illam,
 verum etiam sine illa æquum prudentem vel fortem se esse
 130 putat, nulli dubium, quin^b semetipsum hoc putando
 supplantat. Similiter etiam quis sine illa
 regnare, legem condere, iuste imperare vel iusti-
 ciam decernere se^c credit, manifestum est, quia semet-
 f.4^v ipsum decipit. Sed ne quis nos irridendo dicat:

y) Lesung sehr unsicher z) doppelt Hs. a') sapienti Hs. b') danach set Hs. c') über der Zeile nachgetragen Hs.

³⁸) Prov. 21, 30.

³⁹) Prov. 8, 14–16.